



BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN

DISCURSO

de Su Santidad al Sacro Colegio con motivo
de las fiestas de Navidad.

«La avanzada edad y las frecuentes amarguras del alma Nos hacen más grato que nunca el consuelo de celebrar una vez más las santas solemnidades natalicias acompañadas con los augurios del Sacro Colegio.

Y agradecidos al Señor, Padre de toda bondad, que se digna ayudarnos amorosamente, le conjuramos todos los días para que se digne permitir no sea inútil á su Iglesia este último resto de nuestra vida mortal, y Nos permita, cualquiera que sea su duración, dedicarlo todo á su gloria.

Porque es verdad que en la diaria tempestad que fatiga á individuos y á pueblos, es nuestro deber de apelar para la salvación común á la virtud subrehumana de la Religión de Cristo,

El estudio de dedicar las instituciones cristianas á la mejora de un siglo tan trabajado por las pasiones, es en efecto uno de los intentos que proseguimos con amor, en el camino no breve de nuestro ministerio.

A este fin Nos esforzamos en invitar á las gentes á que mediten sobre el genuino espíritu de la Iglesia y del Pontificado, el cual, si fuese mejor conocido de los unos y no falseado estudiósamente de los otros, bastaría por sí sólo á disipar las prevencio-

nes y á conquistar los ánimos más rebeldes; porque la esposa del Nazareno aparecería como es, no enemiga, si no auxiliadora de todo buen adelanto civil. Podrían entonces las sociedades humanas confiar en tener paz duradera y verdadera salvación bajo el influjo del cristianismo, que volvería á vivificar todo cuanto pertenece á las órdenes civiles y sociales. En cuanto á nosotros, no apartaremos nuestras miradas ni el corazón de tan supremo intento.

Verdad es que el alto oficio que Nos incumbe, arduo por sí mismo, se hace más difícil en las presentes circunstancias. No hablamos de las dificultades que encontró y encontrará siempre en el mundo el apostolado de la verdad y de la justicia; hablamos de las condiciones externas en que desde hace cinco lustros se encuentra el alto Jerarca. Porque vanos son los sofismas y las ficciones jurídicas; herida en su forma providencial la independencia de la Sede Apostólica, no existe medio de conservar inólume su debida libertad. ¿Qué pueden las leyes encaminadas á custodiar la persona y la dignidad del Pontífice? Recientemente hemos probado la eficacia del patrocinio que debemos esperar de ellas.

Resonaba todavía en Oriente nuestra palabra en favor de los infelices armenios, cuando en un momento angustioso para nuestra Península, acogimos el pensamiento de consolar en tierra lejana y enemiga centenares de valerosas víctimas de la fortuna de las armas. Paternidad espiritual y amor patrio nos movieron á ello. Se ha visto, sin embargo, por todos, como acto tan caritativo ha sido abandonado públicamente sin defensa al vilipendio y á la calumnia.

La dirección y espíritu que animan la marcha de los sucesos son siempre los mismos.

Se persiste en tener viva la grave discordia que turba á millones de conciencias y pesa como un infortunio sobre los destinos italianos. ¡Lamentable error que el cielo sabe cuán doloroso Nos es! No por ello debilita nuestras esperanzas, porque aun en las sendas de la humana política vela desde lo alto amrosamente Aquel que tiene en su mano el corazón de los hombres y en la hora de la misericordia salva á las naciones.

Devolvemos con el mas sincero amor los augurios cariñosos del Sacro Colegio, pidiendo para él larga cosecha de celestes favores. Y como prenda y auspicio damos á él, como á los Prelados y demás aquí presentes, nuestra bendición apostólica con paternal afecto.»

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM quoad vinum utendum in s. Sacrificio Missae.

Beatissime Pater,

Silverius episcopus titularis Camacensis, auxiliaris R. P. D. Episcopi Marianensis in Brasilia, ad pedes Sanctitatis Tuae pro voluntus, quae sequuntur humiliter exponit:

In Brasilia difficultum est verum vinum habere ad S. Missae Sacrificium conficiendum, et fere impossibile illud ab adulterino distinguere, nisi in ipsa eadem regione confectum. Iam vero uva his in locis adeo debilis et aquosa est ut, ad tolerabile vinum habendum, aliquid sacchari e planta, quam vulgo *canna de assugar* appellamus, musto admiscere debeat: et hoc quidem modo fabricatum quoque est vinum, quo Sacerdotes in S. Missae sacrificio passim utuntur. Nunc vero, cognita responsione Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis feria V, loco IV, die 25 Iunii 1891 lata, dubitationes et conscientiae anxietates ortae sunt. Quapropter humilis Orator instantissime supplicat, ut Sanctitas Tua benigne declarare dignetur, utrum sic confectum vinum pro S. Missae Sacrificio tuto adhiberi valeat necne.

Feria IV, die 5 Augusti 1896.

In Congregatione Generali Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis, proposita suprascripta instantia, praehabitoque Rmorum DD. Consultorum voto, Emi ac Rmi Domini Cardinales Inquisitores Generales respondendum decreverunt: *Loco sacchari extracti e canna saccharina, vulgo canna de assugar, addendus potius esse spiritus alcohol, dummodo ex genimine vitis extractus fuerit, et cuius quantitas, addita cum ea quam vinum, de quo agitur, naturaliter continet, haud excedat proportionem duodecim pro centum; huiusmodi vero admixtio fiat quando fermentatio tumultuosa ut aiunt defervescere inceperit.*

Sequenti vero feria VI, die 7 dicte mensis, Sanctissimus Dominus Noster Leo Divinae Providentiae PP. XIII in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem benigne approbare dignatus est.

JOSEPHUS MANCINI
S. Rom. et Univ. Inquisitionis *Notarius.*

ALIA DUBIA circa vinum utendum in s. Sacrificio Missae.

Beatissime Pater,

Archiepiscopus Tarragonensis in Hispania, ad pedes Sanctitatis Tuae provolatus humiliter exponit, Tarragonensem regionem optimis vineis abundare, ex quo fit ut vinorum commercium ad exteriores nationes protrahatur, et quamplurimi populi, Americae praesertim, a nostris vinicolis et mercatoribus vinum ad S. Missae Sacrificium conficiendum emere soleant.

At dubium hac super re a R. P. D. Episcopo Massiliensi dudum propositum, et lata a Sancta Romana et Universali Inquisitione Feria IV, die 30 Iulii 1890 relativa responsio vinicolas ipsos et mercatores curis et anxietatibus affecerunt. Vina enim dulcia, quae hac in regione conficiuntur quaeque magnopere a Sacerdotibus pro Missae celebratione desiderantur, post primam fermentationem iam duodecim vis alcoolicae gradibus exuperant, ad quos massilensia, nec permissa succi alcoolici additione pertingunt.

Nihilominus ut haec generosa et dulcia vina, licet maiori, qua massilensia, virtute praedita, ad exteriores nationes tuto exportari queant, decem et octo vis alcoolicae gradibus polleant oportet; secus enim propter ipsam eorum dulcedinem novis fermentationibus sunt obnoxia, et in maris transmisione, ut plurimum aescunt.

Quam ob rem vinarii nostri mercatores, eosque inter maxime Augustinus Müller, vir de religione catholica optime meritus, gratiam implorant eis similem quae Episcopi Massiliensis supra laudati votis concessa fuit, facultate velicet roborandi spiritu seu alcohol, ex genimine quidem vitis extracto, vina praesertim

dulcia, ita ut ea quae naturaliter plus minusve ad quindecim vis alcoolicae gradus pertingunt, ad octodecim increcent. Ita enim eorum impeditur corruptio, quam iteratis fermentationibus subire solent, tutiusque evehi possunt ad exterias nationes quae apto vino carent ad decorose litandum.

Praeterea, ut aiunt, in nonnullis Hispaniae regionibus viget perantiqua consuetudo qua plures Sacerdotes vinum pro S. Missae Sacrificio sibi conficiunt praemissa vel ignea musti evaporatione vel uvarum ad solis radios exsiccatione, qui mos cohonestari videtur declaratione S. Officii die 22 iulii 1706 circa vinum ex acinis uvae passae confectum.

Hisce praehabitis, ad omnem in re tanti momenti dubitationem auferendam, Archiepiscopus Orator humiliter declarari postulat.

I. Utrum praelaudatis vinis, praesertim dulcibus, pro eorum lem conservatione, tantum spiritus seu alcool, ex uva de prompti, addi queat, ut ad septendecim circiter vel octodecim vis alcoolicae gradus increcent: quin cessent exinde esse materia apta pro S. Missae Sacrificio.

II. Utrum licitum sit ad S. Missae Sacrificium conficiendum uti vino ex musto obtento, quod ante fermentationem vinosam per evaporationem igneam condensatum est.

Feria IV, die 5 Augusti 1896.

In Congregatione Generali Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis proposita suprascripta instantia, praehabitoque Reverendissimorum DD. Consultorum voto, Emi et Rmi Domini Cardinales Inquisitores Generales respondendum decreverunt:

Ad I. Attentis noviter deductis, dummodo in ensu proposito spiritus extractus fuerit ex genimine vitis, et quantitas alcoolica adiungendi, una cum ea quam vinum de quo agitur, naturaliter continet, non excedat proportionem septendecim vel octodecim pro centum, et admixtio fiat quando fermentatio tumultuosa, ut aiunt, defervescere inceperit; nihil obstare quominus idem vinum in Missae Sacrificio adhibeatur.

Ad. II. Licere; dummodo coctio huiusmodi fermentationem alcoolicam haud excludat, ipsaque fermentatio naturaliter obtineri possit, et de facto obtineatur. Sequenti vero feria VI,

die 7 dicti mensis, Sanctissimus Dominus Noster Leo Divina Providentia PP. XIII in solita Audientia R. P. D. Assessori S. Officii impetrata, relatas sive Emorum Patrum resolutiones benigne approbare dignatus est (1).

Ios MANCINI

S. Rom. et Univ. Inquisitionis *Notarius.*

COLLATIONES MORALES PRO MENSE FEBRUARII.

1.^a

Quid et quotplex sit occasio peccandi. — Sub qua obligatione diversae occasionses peccandi vitari debent. — An et quomodo absolvit possint qui versantur in proxima occasione libersive continua, sive non. — Quomodo se gerere debet confessari cum his qui in proxima occasione continua, sed necessarii constituti sunt. Quomodo cum his qui saepius versantur in proxima occasione necessaria, non continua.

Casus.

Alexander juvenis duodecim annorum natus, cum sorore quae decimum jam expleverat, eodem lecto decumbens, semel et iterum peccavit: apud parochum confitetur dicens impossibilem fieri separationem, praeterea separationem a matre non postulare quia jam aliquid turpe inter eos accidisse suspicaretur: his rationibus permotus parochus, Alexandrum absolvit, injungens ut quovis praetestu tori separationem postularet. Elapso anno redit Alexander dicens: jam separatio facta est; sed quia impurus amor nimis crevit, quinques cum sorore adhuc peccavi: hac vice parochus salutari rigore utendum judicavit et usque ad emendationem vel doloris signa extraordinaria absolutionem distulit. ¿Recte egit in litroque casu?

Quæstio liturgica.

¿Sacerdos carens officio et Missa S. Familiae, qua Missa et officio uti debet?

2.^a

Quinam dicantur consuetudinarii. — Quinam recidivi. — An et quomodo recidivus à consuetudinario differat. — An consuetudinarii absolvit possint antequam consuetudinem amittant. — Quando propter relapsum dubitari potest de sufficiente poenitentis

(1) Quoad vinum utendum in s. Sacrificio Missae, recole responsa S. Cong. S. R. U. Inquisitionis, collecta Vol. XXIII. 699 et Vol. XXV. 144

dispositione. An recidivi absolvi debeant si extraordinaria doloris signa exhibeant. Quomodo haec extraordinaria doloris signa dignosci possunt.

Casus.

Pancratus juvenis ita mollitici vitio deditus ut semel saltem in die se polluere soleret, apud Eusebium Sacerdotem confitetur a quo sine absolutione dimittitur quousque vel aliquam enmendationem, vel doloris signa extraordinaria ostenderet. Postea accesit ad Fulgentium qui benigne Pancratium accipiens ait: a quo tempore, fili mi, hoc morbo laboras? — «ab hinc tribus annis» — «Sanare vis? — Quae media adhibuisti? — Utique, fere nulla usque huc; set paratus sum ad adhibendum quaecumque necessaria sint:» tunc Fulgentius, ferventi hortatione ad peccati detestationem praemissa, Pancratium absolvit, et ad communionem admisit injungens ut recurrente octavo die ad confessionem et communionem rediret. Quisnam melius pancracci saluti prospexit?

Quæstio liturgica.

Quaenam esse debet benedictio octava in officio S. Familiae?

3.

Quomodo se gerere debet confessarius cum pueris, et præsertim quomodo sunt suscipiendi, quomodo et de quibus interrogandi et quando absolvendi. — Quomodo se gerere debet cum semifatuis. — Quomodo sciet an tales sint. — Quomodo aget confessarius cum illis rudibus qui vel nullam vel exiguum praeparationem habentes, tribunal se sistunt nihil quod accusent se habere affirmantes.

Casus.

Landulphus, parochus, Lupercium qui ex senectute ad tam hebetudinem pervenit, ut nec ea quae medii necessitate necessaria sunt, scire videatur, et tamen de anteactae vitae peccatis interrogatus affirmative respondet, nec absolvit nec ad S. communionem admittit: tantum sub conditione cum sit in articulo mortis constitutus eum absolvere decrevit. Similiter pueros etiam septennio maiores, quamvis in morbum incident, sub conditione absolvit; sed S. Vaticum non praebet, dummodo decimum annum non attigerint, aut jam alias ad primam communionem fuerint admissi. Quid de hac Landulphi agendi ratione?

Quæstio liturgica.

Quomodo fieri debent et quando fieri possunt exequiae absente corpore, sive sepulto sive insepulto?

Quid sit tentatio et unde ortum ducat.—Quando in tentationibus aderit peccatum.—Quomodo aget confessarius cum tentatis et afflictis.—Quae remedia ad temptationum victoriam praescribere debet.—Quomodo ager cum moribundis. Quinam moribundi absolvi possint.—An absolvi possit ille qui antea Sacerdotem repulit et dein sensibus destitutus invenitur.—Quomodo in hoc casu essentialia sacramenti Poenitentiae cum *aliqua probabilitate* salventur,

Casus.

Urbanus, parochus, Eugenii confessionem morbo extremo laborantis excipiens, invenit eum cum ancilla conjugalem vitam jam a longo tempore agere: Eugenium hortatus est ut ancillam dimitteret si absolutionis beneficio donari vellet; at ille restitit dicens: necessaria est ut mihi in extrema necessitate posito consulat, et praeterea concubinus occultus manet et ex ancillae dimisione publicus evaderet. Urbanus quia ex Christi sententia, etiam, oculus, pes, manus abscindi debent; Eugenii rationibus, non acquievit, et omissa absolutione. Viaticum ministrare intendit ne sigilli revelatio adesset; sed antequam S. hostiam infirmo tradderet, sumissa voce illum absolvit. ¿Recte egit Urbanus?

Quæstiō liturgica.

—Possunt celebrari anticipate functiones funebres cum officio defunctorum et Missa cantata, sive de *Requiem* sive officii currentis, pro persona adhuc viventi?

**Asociación de SUFRAGIOS MUTUOS del Clero
de la Diócesis.**

Han manifestado por conducto de los Sres. Arciprestes de Navatejera y Mayorga, que deseaban pertenecer á la Asociación é ingresan en ella:

N.^º 955= Torbado D. Nemesio, *dentro del primer año de su ordenación.*

N.^º 956=Corral D. José id. id. id.

León, 27 de Enero de 1897.—Dr. Adolfo Pérez Muñoz,
Canónigo -Secretario.